



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 24. Seripandus Legatus Lotharingium Cardinalem invisens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](#)

Sæcul. XVI.
A.C. 561.

§. XXIV.

*Seripandus Legatus Lotharingi
Cardinalem invisens.*

Pallav c.2.
n. 7. ex lit.
Legat. ad
Borr. 22.
Novembr.

Eadem die, qua Gualterius Lotharingium visum ibat, Seripandus quoque eundem Legatorum sociorum suorum nomine officiosa salutatione honorabat, ut illum de initio, progressu, ac præsenti Concilii Tridentini statu doceret: cum vero sermonem converteret ad controversiam, quæ tum circa septimum Canonem cum magna animorum contentione agitabatur, rem omnem exposuit, rogavitque, ut suam desuper mentem aperiret. Cardinalis pacis studiosus, ut suam erga Papam venerationem testatam redderet, Seripando idem, quod antea Gualterio, consilium suggerebat, afferens, ex qualibet Natione duos Suffragatores esse feligendos. Attamen hoc consilium minime Seripando arridebat; quapropter Cardinali hæc in responsis dabat: „vestræ Eminentiae nondum satis comperta sunt ea hominum ingenia, quibuscum res agenda; non enim adeo facile, ut creditur, flecti possunt, si que huic proposito consilio insisteretur, certe nunquam res ad exitum deduci poterit:,, reipsa tamen Seripandus veram rationem suppressimbat; disl

cuit



Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

cuit enim eidem, quod hoc pacto aperi-
retur aditus ad res per Nationum suf-
fragia decidendas, id tamen valde no-
civum credebatur. Postea Seripandus
de habito colloquio rationem Legatis
reddebat, qui consultatione desuper ha-
bita Seripandum ad Cardinalem remit-
tebant, ut eidem exponeret, quod ipsius
consilium nullatenus acceptari queat,
minus vero præfatam quæstionem pe-
nitus silentio suppressare conveniat,
prout etiam idem Lotharingius consu-
lebat.

§. XXV.

*Lotharingii votum de suis postulatis
Pontifici communicandis.*

Insuper Lotharingius in eodem collo- *Pallav. l. 19.*
c. 2. n. 8.
quio, quod cum Seripando habebat,
eidem consilium suum jam antea Le-
gatis communicatum iterato proposuit,
dicens, omnes Reformationis a se pe-
titæ articulos Pontifici esse communi-
caudos, hancque in rem ex Episcopis
quempiam esse ablegandum, qui Tri-
dentum redux de singulis Papæ men-
tem referret, priusquam res in Congre-
gatione proponeretur. Verum Legati
ad hæc nihil reponentes, prius de Pon-
tificis voluntate certiores fieri desidera-
bant, multo minus vero propensi vide-
bantur ad feligendum Episcopum, qui

L 1 5

Ro-